S. P.

N. 56)

Reverende Vir, Collega amicissime.

Ego quidem responsum tuum Amstelodami accepi per D. Snellium, sed non respondi: attamen curavi, quæ petieras: tabulam geographicam emi, solvi. utrumque annotavit Nic. Jos. Visscher in diario, & ad quem mittenda. De hac quia non monet, suspicor non missam, & fefellisse operas spem institoris, qui spoponderat paratam fore ad proximam tum septimanam. Scribam de novo & jubebo inquirere ac curare bene. esto hic securus. Ad nostros reduces invenimus omnia salva: de salario tuo & honorario (si hoc nomen meretur, quod dat avara manus) expeditas ordonantias. Salarii juxta cum ceteris tradidit mihi Fullenius noster, qui curaverat absente me, utili gestione. Honorarii detinebatur velut arresto apud Viersenium Ostiarium. Ab hoc subtili, interposita fide, habiturum & se & socium & amanuenses aut exemplar Ultimorum, aut honorarium potius, siquidem exemplaria non superessent, quod ajebam me certo scire. Illa fide interposita erat opus, quod negaret aliquid de jure suo remittendum esse. Visum est Fullenio & mihi, Ostiariis duos imperiales, totidem Amanuensibus largiri: at quoniam de tuo, prescribe potius ipse. D. Quæstor Axma solutioni diem dixit ad proximum Martis. abibo tum, si volet Dominus, Leovardiam & experiar. Relabimur in antiquam querelam enim de inopia ærarii, ut gratia sit & favor singularis ante alios accipere pecuniam. Querebatur mihi quæstor inde à Cel. Maj. sibi à conductoribus vectigalium deberi plus centies mille carolinos. quotannis vectigalia minori pretio conduci & pati tamen conductores damnum majus. Submitto ad calcem rationes notias, ut excutias & pariemus. Habes insertum testimonium ecclesiasticum. Scripsit & tradidit D. Walckens cum mandato officiosissimæ salutationis. Horologium autem dies decem misit. æstimat triginta Carolinis. respondi, à te æstimatum viginti quinque. Acquievit, licet cum protestatione damni sinceri, ob nobos in id sumtus; acquievit tamen, quod liberaliter cum ipso egisses relinquendo domi, quæ jus erat auferendi, quibusque nunc sumtui parcit in aptando entas ædes ad usum suum. Dividit Museum tuum in cubicula, Studiosis locanda, duo. Inter quæ & parietem intergerinum porculam facit, qua eatur in illa & tertium, quod ab oriente hortum habet: in quo caminum struit & cubile. cui subjungit aliud cubile, cujus usus erit eo in loco, qui supra culinam est. Ædificat præter culinam alteram ad frontispicium Consulis Francisci juxta recessum, ut habeat ibi fornacem, quem immittit in [illegible] inter atrium & [illegible] domunculam. Hæc sors domorum est, quando mutant dominos. De ancilla, Bonadis sorore, decollabit spes. Operam suam D. Acronio locaverat jam ante reditum nostrum. Neque hoc agebat, ut vobis serviret; sed ut vobis non ponte transiret ad alios. Cupit enim in Hollandia ancillari, ideoque ancillari more pedem non figere. Conjux in inquirendo aliam est, si reperimus, significabimus maturè. Eadem butyrum curabit, & quæ jubere deinceps lubet. De celebrata introductione tua gratulor tibi & precor porro benedictionem divinam in statione. Valde te magnates nostri amissum lugent. De subrogando tibi successorem altum silentium apud DD. Curatores. D. Walsweer ne in considerationem quidem venit: ut nesciam unde ille nuperus rumor, nisi forte qui scriverint petivisse, supra repulsam putarunt. Nondum audivi quenquam, qui bene speret de ipso. Vehementer infestus Walckenio est ob entas ædes, quas destinaverat sibi & interversas ait. quasi non potior jure, qui prior tempore! Walckenius vicissim queritur de gravissimis calumniis & injuriis, quas ab ipso patiatur. Ille hic ducentos carol. attributos pro evacuatione ædium publicarum dolet vehementer, & [illegible] hoc augmentum salario ipsi datum in solatium miseræ familiæ; se nunc posthabiti, inquilinum extero, bene de ecclesia deque republica meritum homini nullius meriti: alia, quæ pudet referre. Arnimum hic vocatus ad Vit. Dr. Andreæ, intellexi DD. Curatoribus statutum intra annum unum aut alterum nominem petere, nisi se dignus quis offerat. D. Cloppenburgius dicitur commendare nescio quem Doct. Theol. in

agro

agro Trajectino fingentem: sed surdis auribus. Illas tamen aperto opus erit, si abeat D.
tanus. Hoc autem certo credo. Sat enim ~~f~~ sententia. & scripsit ad me D. Hoolingius, se
Amstelodamo D. Wittewrongel, cui (obito Kelero, quocum communicaveram ante abitum
Zelandiam) cura incumbit rerum ecclesiarum illarum. Utrique solicite virum petun
Hoolingius in sequentes naves, Wittewrongel in proximas & ad festum natalitium abit
Procul dubio obtinebit stationem bonam, & meliorem rebus suis conditionem. Interea
dum vacat professio Hebraicae linguae, supplebunt locum uterque Theologus nost
vicibus alternis. Hoc solicitabit Cloppenburgius, vel potius se obtulit, non facta men
Collegae. DD. Curatores victi importunitate viri, & veriti, ne, si uni id negotii dare
adimere deinde non possent & vocare, quod hoc unum ageret decore, maluerun
adjungere D. Schotanum. Cui mirum quantopere cui supplantori hoc succenseat alt
D. Fullenius ait id consilii habuisse, arte irrependi in professionem primum, & post ali
tempus pro opera ~~m~~ mercedem petendi. artes! sed ineptas & Cloppenburgianas, & qua
parum nasutus olet. D. Wissenbach conjugem est nactus, an hæc illum? Ita columbus
decipula captus. Rumor mira narrat, non miranda tamen in personis. Ajunt invita
ad prandium, & ad horam tertio vocatum venisse diu ante ceteros hospites. Itaque
dum tempus Elizabetham ejus se lateri junxisse, speculatum ædes duxisse, in cubicu
perduxisse & monstrasse varia cum elogio & praeconio, cujus dono haberet, ea occas
& ab ipso donum petivisse iterum iterumque, tum illum importunis rogationibus victum
lisse rosatum anglicum & donasse ad emendum quod placeret. Post convivium
rediret aliquot diebus, evocatum fuisse ad ædes parentis, ac rogatum, quo animo ro
donasset filiae, respondisse ~~ipse~~ ad emendum aliquid quod placeret. Ibi mater, id moris
est, nec honestum filiabus familias isto animo aliquid offerre; hoc obtinere
ancillas: pro injuria id habere, imo aliter testari filiam, accepisse pro arrha,
decrevisse experiri apud Curiam. Atque istis & id genus non paucis ille perculsus
dicere, quid me, sodes, vultis agere. Illa, ut honores filiam & ducas. Ille, fa
Tum arte alia usi, ut artem illam tegerent, exciverunt D. Fullenium, qui cum
veniret rogatum filiam a parentibus. Factum; desponsata ipsi virgo. Tum
cura & solicitudo accelerandi negotium, antequam rediret Lindanus. Confestim
pene. nam pridie nuptiarum venimus in urbem. Liceat honores venatos fe
nescio quas volucres rogatur a matre, quid ajunt homines de filia mea?
bene nubere. Quid amplius? nihil. Imo vero quid? si cupis scire, te proca
Superveniente sponsae mater, Audi quid ille, me procatam sponsum tibi. Spon
dequid refert, jam habemus illum. Habeant feliciter. Ille jam omni suo
sex mille carol. emunctos, nequicquam dolet amissum in Hollandiam. ~~Nos~~
~~conjugem~~ ajunt superbire insigniter. Per nos licet. Erunt domi parentum
Majas. De meis rebus quae significas, placent. Deus porro dirigat omnia
gloriam sui nominis, & meam aeternamque salutem. Proximo Marti
ter fui exsequiis Nob. Viduae Liauckama Dnae de Marssen. Ibi D. Tongerlo, qui
abiturus Leidam? Ego, nihil constat. Ille, imo certus sum, vel habes vocatum
vel habiturus brevi. Ego, utrumque mihi latet. Ille, si offeratur vocatio, qui
turus? Ego, incertum nunc, deliberabo si offertur, ut feci ante annum

ille, atqui abire non debes: satisfacimus tibi & in adventis privilegiis & in omnibus. Ego non sum solicitus ante diem. Eodem eodem prandio rogatus sum vel sexies. Omnibus negavi ea de re mihi constare. Ita acquieverunt, sed cum prece, ut me de abeundo cogitarem. D. Jongstal, Harinxma, Ockinga senatores, Vnia, Camminga, nobiles, omnes amplissime favorem pollicari & rogare mansionem, sed vereri discessum dicere, & scire habere Leidae me amicum, quem pluris facerem. Ego constanti vultu, non habere quod respondeam de re incognita mihi. In interim significando quae geruntur, fovebis amicum ut fratrem. Litteras, cum festinato est opus, imo semper mitte Amstelodamum ad Socerum, in de Heerestraet naest het vergulden hooft. Cum mea intersit obsignari, apertas non dimittes, ut eas, quas tradidit D. Brott. DD. Collegae omnes te salutant, inprimis D. Fullenius & conjux: itidemque D. Rhala vidua: qui mecum undius tertius fuere in caena, & in vestram salutem poculo libarunt. Conjugem tuam à me meaque plurimam salutem. Salutem quaeso & officia mea quam humanissime offer Rob. & Clariss. V. D. Heidano, D. Colonio, amicis veteribus & solidis, D. Vorstio praeceptori honorando, & D. Heereboord amico novo & cui me destino, si locum impetro amici apud ipsum. Vale. V. Octob. MDCL.

I. Rob.

obstrictissimus

Jos. Antonides
Vander Linden

Rationes debiti.

Talmud Babylonicum	f	181:10:—
Kimchij Radices	f	4:5:—
Strabo	f	10:10:—
Dion Chrysostomus	f	7:10:—
Moses Nachmanides, ni fallor à te aestimatus	f	7:10:—
Tabula Geographica	f	6:0:—
	f	227:5:—

Has tu puta, & quid addendum demendumve.

Crediti tui rationes accipies, cum omnino parialimus. Vale.

...no
...ur.
... floren... ...ex-
...litteb...
De am... ...bonis
...s imminente... ...elitis, in-
...is. Testim... ...prioribus.

Mijn Heer,

Mijn Heer, Johannes Coccejus,
der H. Theologia Doctor
en Professor, inde Universiteit

tot

Leiden

Hd

...dxseq...
...s Leiden...
...biturus br...
Ego, incertu...

...um, ve...
..., si offerat...
...ut fidei aut...